

XXX. IVNII.

PRIDIE CAL. IVLII.

יְוִיָּה III.

ΔΕΥΤΙΟΣ.

IOHANNES FRIDERICVS DVX SAXO-
NIAE ELECTOR, IOHANNIS ELECTO-
RIS FILIVS, Τροφεὺς Ecclesie & Academie huius, natus
est anno 1503. dimidia hora post 6. pomeridianam.

Q. Martius Tremulus de Anagninis & Hernicis tri-
umphum egit anno urb. 447.

T. Statilius Taurus Procos. ex Africa anno urbis 719.

IVLIVS.

OLIM VOCATVS

QVINTILIS.

תַּמְבֵּן THAMVS.

QVARTVS.

ΠÁΝΕΜΟΣ.

§ VID. πάνεμος ὄνομα μικρὸς πέπλῳ μετα-
κεδόσιν διέλιθος.

ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ.

À Siracusā dictus κΑΡΝΕΙΟΣ, Plutarch. Nicia:
pag. 155. À Boeotis πάνεμος, Plutarch. Camillo pag. 47.
in Aristide idem scriptor πάνεμον cōiungit cum sequente men-
se Attico Boëdromione, ubi lege reliqua de mensibus non con-
gruentibus pag. 113.

ΕΠΙΦÍ.

Iam MARIÆ sobolem Baptista salutat in alto,
Adscit Herodes nece IACOBVM Sebedeum,

I. IVLII.

CALENDÆ QVINTIL.

IVAN III.

PÁNEMOS.

Natus est LUDOVICVS REX HUNGARIAE
paùlo ante meridiem anni 1506. qui postea occubuit in pre-
lio contra Turcas.

FRIDERICVS DANIAE ET NORVE-
GIAE REX ELECTVS, CHRISTIANI RE-
GIS DANIAE filius, nascitur anno 1534. hora dimidia
post nonam antemeridianam.

Rome annuæ locationes domorum fiebant. Cic. ad Attiu-
cum & Memmiuum. Suetonius in Tiberio. Martialis :

O iularum dedecus Calendarum.

C. Sulpitius Longus COS. de Samnitibus triumphum
egit anno urb. 439.

Duo Molachi; HENRICVS & IOHANNES
Bruxelle combusti sunt ob piam & constantem confessionem
sincera doctrina Ewangeli Christi anno 1523.

Iacobus Alvarostrus, Alvarostris filius, 16^o
in traditionib. feudoru eminentissimus
mortu Patauji, Aº 1453.

METATEITNIAN.

EPIDI.

HENRICVS I. COGNOMI-
NATVS AVCEPS, DVX SAX-
ONIAE IMPERATOR nonus ex
Germanis, OTHONIS I. pater, vir
laudatissimus rebus egregijs bello & pace
gestis, moritur anno etatis 60, Imperij 17, anno Chri-
sti 937.

II. IVLII.

VI. NONAS.

VISITA-
TIO MA-
RIAЕ.

In Baltheo ORIONIS præcedens
mane oritur.

III. IVLII.
V. NONAS.

ΤΡΙΤΗ
ΠΑΝΒΟΣ

METAΓΕΙΤΝΙΩΝ.

ἘΠΙΦΙ.

M. Licinius Crassus Procos. ex Thracia & Getis trium-
phum egit anno urb. 725, tertio anno post Actiacam uictorię
am Augusti.

VILHELMVS DUX LVNEBURGENSIS
Ducis ERNESTI E. nascitur Elle. hora dimidio post
tertium ponctitudinam. Anno 1532.

III. IVLII.
III. NONAS.

In Baltheo ORIONIS media oria
tur matutino.

V. IVLII.
III. NONAS.

וְיָמִים IIII.

ΠΑΝΕΜΟΣ

LUDI A POLLINARES hoc die perpetuo celebri ceperunt secundo bello Punico, cum antea incerti sis-
tent. Liuius lib. 7. Decad. 5. Eorum origo apud cundem est
lib. 5. Decadiis eiusdem.

Diesen liber sagt am Sonnabend d. 2.
Dass über das Dampflein grosse und kleine
Glockenäste gegen Leidensort geläutet, präfizie-
rin, und dann fünf Schritte vor Sanct Jacob ge-
troffen, und mit solo glocken, wieder gegen
Leidensort aufgeläutet, so ist bald beendet,
überlassen. Anno 1558.

ΜΕΤΑΓΕΙΤ ΝΙΩΝ.

ἘΠΙΦΙ.

CAPITOLIVM ROMAE CONFLAGRA-
VIT pridie Nonas Quintiles anno urbis 671. quo anno Sylla
cum exercitu à bello Mithridatico in Italiam reuersus, crudelis-
ter in ciues Romanos saeuit. Plutarch. in Sylla. Cornel. Tacit.
lib. 19.

Milites Romani duce TITO Vespasiani filio oppugna-
tione assida, quam primo mensis ΠΑΝΕΜΟΥ die inchoau-
rant, capiunt ANTONIAM munitissimam arcem iuxta
templum Hicrosolymitanum. Ioseph.

Hoc die quidam scribunt natum esse IOHANNEM
H V S S.

FRANCISCVS BVRCHARDV S nascitur in
oppido Turingie VVIMARIA anno Christi 1505. mi-
nitis tribus post octauam antemeridianam.

VI. IVLII.

PRIDIIE NONAS.

ἘΠΙΦΙ.

CAPITOLIVM ROMAE CONFLAGRA-
VIT pridie Nonas Quintiles anno urbis 671. quo anno Sylla
cum exercitu à bello Mithridatico in Italiam reuersus, crudelis-
ter in ciues Romanos saeuit. Plutarch. in Sylla. Cornel. Tacit.
lib. 19.

Milites Romani duce TITO Vespasiani filio oppugna-
tione assida, quam primo mensis ΠΑΝΕΜΟΥ die inchoau-
rant, capiunt ANTONIAM munitissimam arcem iuxta
templum Hicrosolymitanum. Ioseph.

Hoc die quidam scribunt natum esse IOHANNEM
H V S S.

FRANCISCVS BVRCHARDV S nascitur in
oppido Turingie VVIMARIA anno Christi 1505. mi-
nitis tribus post octauam antemeridianam.

In Baltheo ORIONIS sequens o-
ritur mane.

VII. IVLII.

NONAE QVINTIL;
Dictae CAPROTINAE.

Festum ancillarum, quo die mulieres Rome sacrificabant Junoni propter quoddam singulare ancillarum meritum in rem publicam Romanam, quod describitur à Macrobo lib. I. cap. II. Satur. à Plutarcho in Romulo et Camillo.

ROMULVS conditor urbis Romae hoc die rebus humanis exemptus est, discriptus, ut creditur, à suis Senatoribus.

CHAERONENSIS CLADES.

Hoc die mensis METAYETVIOES maximam cladem acciperunt ATHENIENSES ad CHAERONEAM, victi à PHILIPPO MACEONVM REGE, quem impulsu DEMOSTHENIS in Graciam ultrò attraxerant. Plutarch. Camillo.

Eodem die aliquantò post mortem Alexandri Magni ATHENIENSES difficii prælio victi ad CRANONEM Thessalia urbem ab ANTIPATRO MACEDONI, omnem suam potentiam amiserunt. Plutarch. ibidem.

JOHANNES ELECTVS REX HVNGARIAE IOHANNIS dicti VAIODAE filius nascitur Budæ anno 1540. dimidia hora post quartam pomeridianam.

Sinister pes ORIONIS Fluui communis oritur mane.

Iohannes Andreæ, Iuris Pontificij
illustrator, morit Bononiae A. 1548.
vidi ad S. Donato.

METAFRITNIΩN.

ΕΠΙΦΙ.

IOHANNES HVSS BOHEMVS in Concilio CONSTANTIE SI publicè pronunciatus hereticus, et singulari ritu spoliatus iure Sacerdotali per Archiepiscopos, damnatur ad supplicium ignis, et traditus seculari potestate, dum educitur ad locum supplicij, gestans in capite mitram characcam Episcopali similem, in qua depicti erant duo demones, cum inscriptione: HÆRESIARCHA, subinde inter eundum has uoces ingeminavit: IESV CHRISTE FILIUS DEI VIVI, QVI PASSVS ES PRO NOBIS, MISERERE MEI. Tandem impositus rogo, eandem preicationem aliquoties alta uoce repetens, fortiter supplicium pertulit. Anno 1415.

ERNESTVS et ALBERTVS duces SAXONIE FRIDERICI secundi Electoris FF. pueri, hic duodecim, ille 14. annorum, trium nobilium conspiratione ex arce Aldenburgensi nocte media rapiuntur anno Christi 1455.

IX. IVLII.

VII. IDVS.

ΙΑΝΟΥ ΙΙΙΙ.

ΠΑΝΕΜΟΣ.

Nono die mensis IIII. VRBS HIEROSOLYMO-
RVM POST OBSIDIONEM XVIII. MENSE
VM A REGE BABYLONIORVM CAPTA
EST, quam prius intus quoq; pestis & fames uastauerat. Rex
autem SEDE CHIAS fugiens in deserto Hiericho captus &
ad Regem Babylonicum pertractus est, ubi uidit primum co-
ram se filios & potentissimos quosq; Duces suos trucidari, pos-
stea effossis oculis uinctus Babylonem abductus est, & in car-
cere mortuus. Ierem. 59. & ultimo, 4. Reg. ultimo. Iosephi.
lib. IO. cap. II.

Eodem die IEREMIAS PROPHETA huc usq; in
carcere mandato regis Sedeciae detenus, ab hostibus Assyriis
extrahitur, & ceteris principibus populi misere partim inter-
fectis partim abductis in triste exilium, ipse cum suo protectore
ABDEMELECH AETHIOPE, liber & incolamus
dimittitur a Nabuzardan duce exercitus Assyrii: quo exemplo
& posse auscultantes ipsius uerbo. Ierem. 59.

ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ:

ἘΠΙΦΕ.

L. Aemilius Barbulus Procos, de Tarentinis, Samnitibus,
Sallentinis, triumphum egit anno urbis 473.

X. IVLII.

VI. IDVS.



XIII. IVLII.

III. IDVS.

MARGA
RITA.

IOHANNES KEZMAN.
NVS Ludimagister fidelissimus & fæ
lix Noribergæ ad D. Laurentium, pre
ceptor meus de me & alijs multis opti
mè meritus nascitur anno Christi 1487

Lucida CORONÆ matutino oc
cidit.

Nebulosa prope spiculum caudæ
SCORPII vespertino oritur.

METARBITRIAN.

ΕΠΙΦΙ.

OTHO II. IMPERATOR in Calabria à Sarace
nis nictus ingentem exercitum amissit, ipseq; in fuga delatus
ad mare, à Piratis captus est, sed paulò post magna pecuniæ
summa redemptus.

ANGELVS POLITIANVS
nascitur hora prima minutis 2 s. post mea
ridiem in monte Politiano Hetruriæ oppi
do anno 1454.

ADOLPHVS Imp. iudicio Electorum imperio priua
tus, cum tamen armata manu id retinere uellet, commisso pre
lio cum ALBERTO Imp. ab equo deiectus, & in sanguine
suo uolutatus manu ipsius Alberti interfectus est. Locus
prelij fuit Hasenpyhel intra Nemetes & Vangiones, Anno
1298, qua estate etiam Cometa uisus est.

ATN H Praesepemane oritur.

XV. IVLII.

IDVS QVINTILES.

DIVISIO APO-
STOLORVM.

Romani Tarquinio regi exuli, postrema pugna ad Iucum Regillum uicto, omnem spem ulterioris conatus preciderunt, duce A. Posthumio dictatore anno urbis 255. Livi, lib. 2, 2, 4 urbe, § 6. pag. Plutarch. Coriolano.

Hoc die Equites Romani ab Aede Honoris equis insiden-
tes in Capitoliū transibant, quem morem Q. Fabius Rutilia-
nus inservit.

HIEROSOLYMA recuperata est à Christianorum
exercitu, anno Christi 1099.

RODOLPHVS Imp. moritur anno 1291.

Dextrum genu ORIONIS mane
oritur.

De ASELLIS Austrinus vespere
occidit.

ΙΔΩΝ ΙΙΙΙ.
ΠΑΝΕΜΟΣ.

ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΑΝ.

ἘΠΙΦΙ.

XVI. IVLII.

XVII. CAL. SEXTIL.

DIES ALLIENSIS, sic dictus à clade, quam Roma-
ni acceperunt ad ALLIA M fluvium cæsi à GALLIS SE-
NONIBVS anno ante Christum natum 376.

Eodem die aliqui TRECENTOS FABIOS quoquis
existimant cæsos esse ante annos 58. Gellius lib 17. Macrob.
cap. 16. lib. 1. Satur. Plutarch. in Camillo. Idem in Moralibus.
Etsi Ouidius hanc cladem collocat ad 13. diem Februarij.

Plutarch. Camillo: ἐγένετο δὲ μάχη τῇ Σοπάδῃ
γινακὲς πρὸ τῶν ωμοστέλων, ἢ οὐδὲ πρότερον ἡμέρᾳ μέγας
πάθος σωματικὸς πρὸ τοὺς Φαβίους, ἐκράτησε δὲ τῷ μέγε
σαν ἀπὸ τῆς Δευτέρας οὔτης αλλιάδα μέχρι νῦν καλεῖται,
Διὰ τὸν Κρατικὸν, pag. 47.

Idem author in moralibus pag. 203. inquit. πότερον ὁ
ἢ πλέον νομίζουσι, ἢ λίθιος ἴσορφος, μετὰ τὰς κυνηγίας
εἰδέχεται, ἵνε νῦν τουταὶ καλέστιν, θύματας δι χιλίων τὸ
σφάτευμα, πρὶν τὸν ἄλλον πρταμὸν ἐκρατήσθωσιν ὑπὲκελ-
θῶν μάχη, οὐδὲ τῷ πόλιν διπόλεσφρον.

Cornelius Tacit. lib. 18. Funesti ominis loco acceptum est,
quod maximum pontificatum adeptus VITELLIVS, de cae-
remonijs publicis XVII. (legitur illic XV.) Calendas Au-
gusti edixisset, antiquitus infasto die, Cremerensi Alliensique
cladibus.

De ASELLIS austrinus mane ori-
tur. *Sed in libris reg. t. A. 8 b. T. 27. dicitur finis
Cilicis Graecis fortis in Paphlagonia, Elimes vero
Cilicis per Cenis, familiis, ut videtur, nichil
in iumentis Graecis in eis quae Damaski, sed
in iumentis Cilicis, ut videtur, in illis.*

XVII. IVLII.

XVI. CAL. AVGV.

שְׁבִתָּה שֶׁר בַּתְּמֻנוֹת

Creditur à Iudeis inauspicatus dies propter tres calamitas insignes, quas hoc die euennisse existimant.

I. Quod M O S E S iratus propter erectum aurum ultimi hoc die TABVLAS FREGERIT. Exod. 52. 33.

II. Quod hoc die reuersi XII. EXPLORATOES & in concionem introducti, POPVLVM CONSTERNATVM REDDIDERINT, commemorata potentia Chananeorum, & munitione urbium.

III. Quod NABUCHODONOSOR cuperit obsidere urbem HIEROSOLYMA M.

Seruant igitur Iudæi hoc die ieiunium, & totas sequentes tres festimanas, que in Caniculares dies cadunt, sibi periculosas esse & aduersas credunt. Ideoq; abstinent à carnibus & uino, & non inchoant aliquid arduū negotium his 21. diebus, numeratis ab hoc die usq; ad IX. dicti mensis Ab, & hoc totū inter uallum uocant ex Threnis Ieremiæ cap. 1. בֵּין תְּמִזְרָם hoc est: inter adflectores, uel ut ipsi interpretantur, intraterrimos.

Cn. Domitius Calvinus Procos. ex Hispania egit triumphantium anno urb. 717.

PRAESEPE cum Sole occidit.

יְמֵן הַלְּבָנָן
ΠΑΝΕΒΝΟΣ

META GEITNIAN.

ΕΠΙΦΙ.

XVIII. IVLII.

XV. CAL. SEXTIL.

Censorinus cap. 17.

XV. Calend Augusti CANICVL A IN AEGYPTO SOLET EXORTVM FACERE, Conuenit cum Plinio, qui dicit, CANEM uiginti quatuor diebus oriri post Solstitium, lib. 18. cap. 47. Ab hoc exortu Canis matutino. seu Helico, qui hoc die fieri obseruabatur, Aegyptij suum annum magnum inchoabant, quem καυκόν & ἡλιακόν uocabant, quoties primus dies mensis Θάθ cum hoc Canis exortus congruebat. Continebat autem ille annus καυκάς annos communes Aegyptios 1461. Julianos uero annos 1460. Plinius lib. 2. cap. 47.

Huc ex sententia Liuij & Cornelij Taciti pertinet Clades Fabiorū & Alliensis, lib. 6. ab urbe, ubi sic inquit: Tum de diebus religiosis agitari ceptum, dicti ad XV. Calend. Sextiles duplici clade insignem, quo die ad CREMERAM Fabij casi, quo deinde ad ALLIAM cum exitio urbis fœde pugnatum.

Melchior Ponfret nascitur H. 12. iactis Horro

i 5 + 3. Rostochij.

Hoc dies Septimo et app. Regi mo, huiusmodi aperte et expōsiū consititūtū uolum, de filia mea Catharina, in Germania elecanda, cuj ipsius M̄sas in pago Bollerup comoraretur, et uenationē, seobligat. Quod qdām, cum M̄sa ipsius nō inphareceat ego inde, bñi tractatus discederem, filia ista nō in hunc thymico Normanno dependet.

XIX, IVLII.

XIII. CAL. AVG.

INCENDIVM ROMAE ORTVM EST IM
PERANTE NERONE, quo magna pars Vrbis con-
flagravit. Fuerunt qui annotarent 14. Cal. Sextiles principia-
rum huius incendi ortum, quo ex Senones captam urbem
flammarerant. Cornelius Tacitus.

St. An 19. In Corone id insulam tunc vocari in loco
quod nunc Regnorum et Logorum vocatur, ut autem
dicitur sicut in annalibus rescriptis vocari vnde si
Frances in hoc anno inde auctoritate principis
et civium sponte, hinc permissum est dicitur.
Praecepit etiam deus Cisterciensium monachorum
in Regnorum campis cum Cisterciensibus
vocans eis a nomen eorum Gottius in quo
nominis Antecanis oritur invenit.

Caput GEMINI sequentis cum
Sole occidit.

Vltima A Q VÆ in ore piscis mari-
ni mane occidit.

Philip, minder licht en kleur, is op
de grond een rood, licht roodbruin
kleur, geringelde vlechtes van de hals

XX. IVLII.

XIII. CAL. SEXTIL.

ΜΕΤΑΦΕΙΤΝΙΩΝ.

ΕΠΙΦΕ

FRANCISCVS PETRARCHA hoc die natus
est Aretij, ut Volaterranus scribit, Ancise, uico agri Floren-
tini. Mortuus Atteste prope Patarium.

¶ Hoc die Anno 1572. in more summae
TRINITATIS, Sacerdotio et opt. Regis nostro
Dno Friderico II. O matrimonio iunctum
Illustriss. et formosissima Principis, Dnae
Sophia Ducissa Alcaldurgensis et Regina
tum Daniæ designata, postmodum in urbe
Hafniensi, in amplio Dne virginis, ppi-
tatis solemnitatib. coronata. Quod ut
personis ad Illustrib. ex matrimonio iunctis
ac Regnis ac Principiis hinc, folla sit, fami-
liam, et salutem, DEV' M. tuto pectora oro.

XXI. IVLII.

XII. CAL. AVGVST.

ΜΩΡΗ ΗΙ.
ΠΑΝΕΜΟΣ.

METAGEITNIAN.

ἘΠΙΦΙ.

XXII. IVLII.

XI. CAL. SEXTIL.
MARIA MAGDALENE.

XXIII. IVLII.
X. CAL. AVGV.

FRIDERICVS I. DVX SVEVORVM COG-
NOMINATVS BARBAROSSA IMPERA-
TOR, diu multumq; uexatus Pontificis Romani iniurijs, tan-
dem ut redimeret filium, qui à Venetis captus fuerat, pacem
cum Pontifice fecit Venetijs, Vbi cum se Imperator supplex ad
pedes Pontificis ALEXANDRI III. abiecisset, Pon-
fex Imperatorem pedibus calcauit, curans acclamari hunc
Psalmi uersum: SVPER ASPIDEM ET BASILIS-
CVM AMBVLABIS, Vbi cum Imperator respondis-
set: NON TIBI, SED PETRO, Subicxit Papa impia-
m: ET MIHI ET PETRO. Anno Christi 1176.

De ASELLIS Borealis cum Sole
occidit.

ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ.
ἘΠΙΦ.

XXIII. IVLII.
IX. CAL. SEXTIL.

XXV. IVLII.

VIII. CAL. AVGV.

IACO₈
BVS.

FRANCISCVS BENELEJA
 PHVS natus est hoc die Tolentini
 mane circa Solis ortum anno 1398.
 Mortuus est Mantua quinque annos
 rurs.

Nicolaus Pafawal^d junior, nascit^r hoc die
 H. 7. M. 40. post merid. anno 1545.

ΙΑΝΟΥ ΙΙΙΙ.
ΠΑΝΕΜΟΣ.

ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΑΝ.

ἘΠΙΦΙ.

XXVI. IVLII.

VII. CAL. SEXTIL.

Hoc die moritur primogenita ANNA,
 et inter alias carissima filia meda
 TISCA, inter nonam et decimam hora
 ante meridiem, cum 22. die huius me-
 sis pesti infecta esset, Rostochij anno
 1. 5. 6. 5.

anno 1545. Daar var min farbro
 daas for gur paa fest af late till
 Maffus frøffen af 2000 grn fraa
 ufrag til sundag, se a knæte gam
 till kommanderibefolke,

(Dant d'Alby)

XXVII. IVLII.

VI. CAL. AVGVSTI.

ΙΑΝΟΥ ΙΙΙΙ.

ΠΑΝΕΜΟΣ.

INGENTEM CLADEM ACCEPERVNT
 ATHENIENSES IN SICILIA VICTO NICIA
 A SYRACVSANIS. Estq; hic casus exemplum puniceων
 λυπραγμοσιώνες. Plutar. in Nicia: ἐνρυκλῆς δημαρχος
 ἔγραψεν, πεῶτν μὴν τὸν ἀμέρον, ὃν τὸν Niciam ἐλέθον,
 ἵσταν ἔχειν, διοντας ιψὺ Χολάζοντας ἕργων, οὐδὲν αἴτιον
 οὐδὲν εορτὰ δὲ τὸ πταμόν καλοῶντας, ἀμέρος δὲν τὰ
 τράπεζα φθίνοντος ἐκαρπνόν τι μικρός, ὃν διδωμοι μετεγεννώνα προσαγορέυσοι.

ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΑΝ.

ἘΠΙΦΕ.

XXVIII. IVLII.

V. CAL. SEXTIL.

GVILIELMVS DVX IVLIA CENSIS nasci-
 tur anno 1516. hora 4. post meridiem in latitudine loci 52.

IOHANNES DALBURGIVS Episcopus Vuor-
 maciensis, vir excellens eruditione in philosophia et in iure,
 et eloquens, apud quem uixit RODOLPHVS AGRI-
 COLA, cui et antea in Italia Ferrarie familiaris fuerat, ubi
 THEODORVM GAZAM uterque audiuit: mortuus
 est Heidelbergae anno a nato Christo 1503. etatis sue quin-
 quagesimo, florens etate et dignitate. Nam ad cetera orna-
 menta iam hoc accesserat, ut Palatino Cancellarius esset.

XXIX. IVLII.
III. CAL. AVGV.

ΙΠΟΛΙΤΟΣ ΙΙΙ.

ΠΑΝΕΜΟΣ.

M. Tullius Cicero Imperator ex Cilicia prouincia deceperit L. Paulo & C. Marcelllo COSS. anno urb. 704. Cis. Att. lib. 5. epist. 21.

Anno 1645 den 29 juli flinst i
min broder illnwand till Ronneby
Riksförbund och frist var fastfall vad
den sammna dag undtagen
og de tre daga före den sammna
dagen.
Evert Stålneij

ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ.

ἘΠΙΦΙ.

XXX. IVLII.

III. CAL. SEXTIL.

C. Iunius Bubulcus Brutus C O S. de Aequis triumphum egit anno urb. 451.

ROBERTVS BARNES ANGLVS, S. Theologie Doctor, qui in Germania Exul se nominauerat ANTONIUM, vir sanctus et eruditissimus LONDINI propter Euangelium Christi in optimis confessione combustus est. Anno 1540.

Franciscus Curtius Eufrasius
morit Papia, Anno 1495.

Caput GEMINI præcedentis cum
Sole occidit.

XXXI. IVLII.

PRIDIE CAL. AVGV.

ΙΑΥΝΤΗ ΙΙΙΙ.

ΠΑΝΕΜΟΣ.

AVGVSTVS DUCIS HENRICI F. DUX SAXONIE
natus est anno 1526, mane 3 s. minutis post quintam horam,
Hoc die inter 5- et 6- hora resplendentiam
mantur scelerum mire chariss. Iudicis Pape
lisp, Rostochij.

SIRIVS CANICVLA
mane cum Sole oritur.

AVGVSTVS.

OLIM DICTVS

SEXTILIS.

ΔΝ AB
QVINTVS.

ΑΔΟΣ.

SVID. Δῶρος ὄνομα μικρὸς πρώτης μακρού
δόσιν, ὁ Αὔγυρος.

ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝ.

Demost. πρὸι σεφάνου εχ Epistola Philippi regis Macedonum: τοὶ ἀνεῳτες μικρὸς λώον ὡς ἀμέτης ἄπομπον, ὡς δὲ ἀδίλωδοι βοηδρομιῶνθ', ὡς δὲ κοσμίδιοι, πανέμου. Hoc mense celebrata esse ΜΥΣΤΗΡΙΑ magna, testatur Plutarchus in Demetrio inquietus: Ἀλλὰ τὰ μικρὰ μυστήρια τοῦ Ἀνδεσκητῶνος ἐπελούστο, τὰ δὲ μεγάλα τοῦ βοηδρομιῶνος. ἐπώπτευον δὲ Τουλάχισον όπη τῷ μεγάλων ἀνιαυτὸν διαλείρυντες. Et Demosth. 3. Olynthia: de Boëdromione loquens: τότο τὸ μικρὸς μόγις μετὰ μυστήρια δέκα ναῦς ἀπεστέλλεται.

ΜΕΣΟΡΗ.

VINCula post PETRI patitur LAVENTIVS
ignes.

Impie Mœche dabas meretrici colla IOHANNIS.